Per hec eadem solvitur ista questio super illud: Lux orta est iusto etc. Quo enim oritur iam iusto: cum iustus non sit nisi iam orta luce? Respondetur quod lux non oritur nisi his qui in tenebris sunt. Qui autem iam in luce sunt non possunt illis oriri. Cum sit una lux: non autem semetipsam oriri: nec nisi in tenebris oriri. Igitur qui sibi tenebre videntur et iniquis iam sunt iusti. Quia dum sibi quod sunt est. Et deo quod sunt est. ideo illis oritur. Et est nihil aliud nisi qui confitentur se in tenebris esse et lucem dei esse. Ideo humiles deus dat suam gratiam. Quare ante omnia humiliandum est ut lucem et gratiam suscipiamus imo et conservemus. Nolunt enim sperni humiles et gratia. lux vera Precedat animum dei Iohannes baptista Christum. Sed mox in pedes se erigunt. Igitur quod dum confessio in corde manet tamdiu et pulchritudo. Et dum humilitas tamdiu et gratia manet. At si in conspectu dei manseris, i. si deum semper pre oculis habueris, omnino eris inconfusibilis. Igitur dum illa manet et in conspectu eius semper manebis. Sed in conspectum dei descenderis vel ascenderis, i. ut tibi in omnibus aliquid placeas: mox facis: iam confessio et pulchritudo perit. Quia tunc vere nigredo et turpitudo erit in conspectu dei. ideo quod sit confessio et pulchritudo in conspectu dei. Quia dei est vera nigredo: imo falsa confessio et ficta pulchritudo. Quia iam nec in deum conspicis nec deus te. Sed tu te et ipse se. Quia conspectus dei presens: tunc oritur confessio et pulchritudo. primum sit ex conspectu eius. ac deinde Quia enim nos conspicit: ideo conspicimus se facit a nobis. Noli ergo in primo nisi egredi a facie dei et a conspectu eius. Sed introite in conspectu eius psalmus 99.

Item sanctimonia et magnificentia etc. hic non conspectus nominatur sed sanctificatio. Quia primo de summo loco dicit quod est coram deo: ubi nemo videt nisi deus. Nunc autem etiam de ea loquitur prout hominibus potest apparere. Et recto ac vero ordine. Quia primum coram deo necessarium operis quam coram hominibus. Igitur enim in sanctificatione asserere in cruce Christi sanctimoniam scilicet quod abstinet ab omnibus que sunt mundi et carnis. Et magnificentiam scilicet in operibus divinis bonis et aliis fructibus etc. Sed hec magnificentia Quia spiritualis est: omne contra est ei quia tractus regnaverunt. Non enim magna fuit secundum seculum. imo sic pusillum et sordidius infirma est in illa. Sed construunt domos spirituales magnificas templa et sumptibus refertissimas: possessionum et proventuum frequentia amplissimas. Sed [illegible] ut Asseveri convivium hec nihil sunt. Sed in omnibus spiritualium et angelorum. Ideo premisit sanctimonia: quod deest in templo. Igitur enim magnificentia et magna sunt opera in omnibus domibus sed sine sanctimonia imo cum ipsorum pollutione, plerumque superbie vaneglorie ac luxurie sectande. Et vere mirabile est valde. Quod sit in uno vel alia consistere valeant. Magnificentia et sanctimonia. Cum magnis operibus superbia et ostentatio, elatio, inflatio: omnia ista miro modo insidiantur. Sed conservat hanc sanctimoniam magnificentia ipsa confessio et pulchritudo intus: cum illa fecerunt foras. Intus enim fuerunt mirabilia